



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

CIX. Markgraf Ludwig der Römer weiset den Gebrüdern von Marwitz 40 Marck für ein von ihm gekauftes Pferd auf Hebungen im Lande über Oder an, den 16. Juli 1353.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

CIX. Markgraf Ludwig der Römer weiset den Gebrüthern von Marwitz 40 Mark für ein von ihnen gekauftes Pferd auf Gebungen im Lande über Oder an, den 16. Juli 1353.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. Quia emimus a strenuis viris Henrico et Conrado, fratribus de Marwitz unum caballum pro XL marcis denariorum levium, jure compenfacionis earum scilicet XX marcarum contulimus et presentibus conferimus ipsis et eorum heredibus VIII talenta novorum denariorum brandenburgensium annuorum reddituum sitorum in villa Geyneyn, que consvetum est percipi de censu pontis, iusto pheudi titulo a nobis tenenda et pacifice possidenda, reliquas vero XX marcas deputamus per eos tollendas et recipiendas in precaria nostra proxima villarum Laurenstorp et Beyerstorp nostro et fidelis nostri Ottonis de Sliwen, militis advocati transoderani, impedimento remoto. In eujus etc. presentibus Lochn, Trutenberg, Szack, Hager, Johanne de Wedel et Cuntzone de Sliwen. Datum Struzberg, Anno MCCCLIII<sup>o</sup>., in crastino divisionis apostolorum.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Kgl. Geh. Staatsarchives fol. 250 und einem Diplomatarium der Bresl. Universitäts-Bibliothek.

CX. Markgraf Ludwig d. R. überträgt den von der Familie Beer zu Rulnsdorf zu leistenden Dienst auf die Güter der Vorhouwer und verschreibt jener das Angefälle der letztern, am 1. August 1353.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis, nobis per Albertum Beren, Gerkinum et Burchardum, suos patruos, fideles nostros dilectos, fideliter exhibitis, iis et eorum heredibus talem gratiam facimus per presentes, quod servitium, quod nobis, illustri fratri nostro Ludovico seniori et nostris predecesso-ribus divine recordacionis ab antiquo facere consueverunt ex debito vel ex iure de villa Rulns- torp, quam inhabitant, transponimus seu transferimus per hec scripta in singula et vniversa bona fidelium nostrorum dictorum Vorhouwer, vnde nobis idem Vorhouwer etiam bonum servitium facere hactenus consueverunt, sic quod dicta servicia, que presentibus coadunavimus, deinceps in perpetuum debebunt unum servitium permanere et nullatenus, quam solummodo in bonis predictorum Vorhouwer undique sic exigi, repeti vel aliquo modo extorqueri. Ipsi quoque Beren et eorum heredes cum villa sua premissa ab omni servitutis onere, quo nobis astricti fuerunt, semper debebunt esse liberi et soluti. Conferimus etiam predictis Beren et eorum heredibus devolucionem omnium bonorum filii Kopkini Vorhouwer, cuius et tutor debet fore usque ad annos discretionis et pubertatis, sic quod eadem bona, si eundem decedere contigerit heredibus pheudi capacibus non relictis, ad memoratos Albertum Beren, suos patruos et eorum heredes derivari debebunt pariter et devolvi. In cuius etc. presentibus Lochn, Wolcho, Szack, Truten-